cédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas.

Deus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére.

Deus, qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis. sed pium précibus praestas audítum: pro postulatiónibus nostris, votísque suscéptis grátias ágimus; te piíssime deprecántes, ut á cunctis semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum, etc. ℟. Amen.

Luego se hace la reposición del Divinísimo como es de rúbrica.

A LOS DOLORES
DE
María Santísima.

Devoción que se hace todos los viernes despuès de las Gracias.

Planctus B. Maríae Vírginis.

Stabat Mater dolórosa,
Juxta crucem lacrymósa,
Dum pendébat Fílius.

Cuius ánimam geméntem,
Contristátam, et doléntem
Pertransívit gládius.

O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!
Quae moerébat, et dolébat,
Pia Mater dum vidébat
Nati poenas ínclyti.
Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?
Quis non posset contristári,
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Fílio?
Pro peccátis suae gentis
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.
Vidit suum dulcem Natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.
Eia, Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.
Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam.

Sancta Mater, istud agas,
Crucifíxi fige plagas
Cordi meo válide.
Tui Nati vulneráti,
Tam dignáti pro me pati,
Poenas mecum dívide.
Fac me tecum pie flere,
Crucifíxo condolére,
Donec ego víxero.
Juxta crucem tecum stare,
Et me tibi sociáre
In planctu desídero.
Virgo vírginum praeclára,
Mihi iam non sis amára,
Fac me tecum plángere.
Fac ut portem Christi mor-
(tem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.
Fac me plagis vulnerári,
Fac me cruce inebriári
Et cruóre Fílii.
Flammis ne urar succénsus,

Per te Virgo sim defénsus
In die iudicii.
Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriae.
Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimae donétur
Paradísi glória. Amen.

℣. Tuam ipsíus ánimam dolóris gládius pertransívit.

℟. Ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes.

ORÉMUS.

Intervéniat pro nobis, quaésumus Dómine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostrae apud tuam cleméntiam beáta Virgo María Mater tua: cuius sacratíssimam ánimam in hora tuae passiónis dolóris gládius pertransívit. Per te Jesu Christe Salvátor mundi: qui cum Patre et Spíritu sancto vivis et regnas in saécula saeculórum. Amen.

Plegaria á la Santísima Virgen María.

O Dómina mea Sancta María, me in tuam benedíctam fidem, ac singulárem custódiam, et in sinum misericórdiae tuae, hódie et quotidie, et in hora éxitus mei, ánimam meam et corpus meum tibi comméndo: omnem spem meam et consolatiónem meam, omnes angústias et misérias meas, vitam et finem vitae meae tibi commítto: ut per tuam sanctíssimam intercessiónem, et per tua mé-

rita, ómnia mea dirigántur et disponántur ópera secúndum tuam tuíque Fílii voluntátem. Amen.

Otra Plegaria á la Santísima Virgen María.

O María Dei Génitrix, et Virgo gratiósa, ómnium desolatórum ad te clamántium consolátrix vera: per illud magnum gáudium, quo consoláta es, quando cognovísti Dóminum Jesum die tértia a mórtuis impassíbilem resurrexísse, sis consolátrix ánimae meae, et apud eúmdem tuum et Dei Natum unigénitum in die novíssimo, quando cum ánima et córpore ero resur-

rectúrus, et de síngulis meis factis ratiónem redditúrus, me dignéris iuváre, ut perpétuae damnatiónis senténtiam, per te pia Mater et Virgo váleam evádere, et cum eléctis Dei ómnibus ad aetérna gáudia felíciter perveníre. Amen.

Oración del Papa San Gregorio: se halla al fin de los comentarios á los siete Salmos penitenciales.

Bone Jesu, Verbum Patris, splendor Patérnae glóriae, in quem desíderant Angeli prospícere, doce me fácere voluntátem tuam: ut a Spíritu tuo bonus dedúctus, ad beátam illam pervéniam civitátem: ubi est dies aetérnus, et unus

ómnium spíritus: ubi est certa secúritas, et secúra aetérnitas; et aetérna tranquíllitas, et tranquílla felícitas, et felix suávitas, et suávis iucúnditas: ubi Tu Deus cum Patre et Spíritu sancto vivis et regnas, per ómnia saécula saeculórum. Amen.

———

Oración á Jesucristo.

O bone Jesu! o piíssime Jesu! o dulcíssime Jesu! o Jesu Fili Maríae Vírginis, plene misericórdia et pietáte! O dulcis Jesu! secúndum magnam misericórdiam tuam miserére mei. O clementíssime Jesu! te déprecor per illum Sánguinem preciósum, quem pro peccatóribus effúndere voluísti, ut

ábluas omnes iniquitátes meas, et in me respícias míserum et indígnum, humíliter véniam peténtem, et hoc nomen sanctum Jesu invocántem. O nomen Jesu, nomen dulce! nomen Jesu, nomen delectábile! nomen Jesú, nomen confórtans! Quid est enim Jesus, nisi Salvátor? ergo Jesu, propter nomen sanctum tuum esto mihi Jesús, et salva me: ne permíttas me damnári, quem tu de níhilo creásti. O bone Jesu! ne perdat me iníquitas mea, quem fecit omnípotens bónitas tua. O dulcis Jesu! recognósce quod tuum est, et abstérge quod aliénum est. O benignísime Jesu! miserére mei, dum tempus est miseréndi, ne damnes me in témpore iudicándi. Quae utílitas in sánguine meo, dum

descéndero in aetérnam corruptiónem? Non mórtui laudábunt te Dómine Jesu, neque omnes, qui descéndunt in inférnum. O amantísime Jesu! o desideratíssime Jesu! o mitíssime Jesu! o Jesu, Jesu, Jesu! admítte me intráre in númerum electórum tuórum. O Jesu salus in te credéntium! O Jesu solátium in te confugiéntium! O Jesu dulcis remíssio ómnium peccatórum! O Jesu Fili Maríae Vírginis! infúnde in me grátiam, sapiéntiam, charitátem, castitátem et humilitátem: ut possim te perfécte dilígere, te laudáre, te pérfrui, tibi servíre, et in te gloriári, et omnes qui ínvocant nomen tuum, quod est Jesus. Amen.

—

Rezo que se hace en todos los sábados del año.

Todos dicen: Confíteor Deo etc.

La Prelada: Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam aetérnam.

℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens, et misericors Dóminus.

℟. Amen.

Acto de contrición. Señor mío Jesucristo, etc.

Siguen las, Letanías Lauretanas.

Antífona. Sub tuum praesídium confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo gloriósa et benedícta.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

ORÉMUS.

Grátiam tuam, quaésumus Dómine, méntibus nostris infúnde: ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus; per passiónem eius et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Dóminum nostrum, etc.

ORACIÓN.

¡Oh! beatísima Madre de soberana clemencia y misericordia, por quien descendió al mundo la bendición celestial, tu memoria consuela á los afligidos, tu contemplación alegra á los Santos y tu inocencia anima á los pecadores; suplicámoste, Señora, recibas estas cortas y pobres oraciones, con las demás buenas obras que para conseguir estas santas indulgencias y remisión de todos nuestros pecados, por orden y obediencia del Sumo Pontífice hemos ofrecido; suple, Señora,

las faltas é imperfecciones que como miserables y flacas habremos cometido, y alcanza de tu precioso Hijo, lo que toda la Iglesia y nosotras como miembros de ella te pedimos, conviene á saber: la exaltación de la Santa Iglesia y fe católica, con la salud de su Cabeza el Pontífice Romano, la paz y concordia entre los príncipes cristianos, la extirpación de las herejías, la conversión de los infieles, el socorro de todas las demás necesidades de la Iglesia, y que á nosotros nos haga capaces y nos comunique ahora estas santas indulgencias, y después su santa gloria. Amén Jesús.

Oración.

¡Oh Padre de las misericor-

dias! dador de las gracias, á cuya bondad y majestad con toda humildad ofrezco el infinito valor y eficacia de la preciosísima sangre de Jesucristo, y la intercesión contínua y sufragios de su Sma. Madre la Virgen María, con todos los merecimientos de todos los Santos y Santas de la Iglesia triunfante y militante, junto con estas mis cortas oraciones; y os suplico que estas indulgencias concedidas por los Sumos Pontífices, como dispensadores que son de estos celestiales tesoros, las quieras aceptar y recibir por modo de sufragio y socorro por las benditas almas del Purgatorio, en particular por la de N..... y otra cualquiera como fuere vuestra voluntad y vos sabéis.

Lux aetérna lúceat eis, Dó-

mine, cum Sanctis suis in aetérnum, quia pius es. Amén.

En seguida se reza el Cántico Magníficat, etc.

Luego se dice. O gloriósa Dómina, excélsa super sydera, quae nec primam símilem visa est, nec habére sequéntem. Sola sine exémplo plácuit Virgo Christo. Sola fuit Múlier, patuit qua iánua Laethi: ex qua vita reddit.—Sola sine exémplo plácuit Virgo Christo, etc.

℣. Glória Patri, etc.

℟. Sola sine exémplo plácuit Virgo Christo, etc., *hasta lo último.*

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

ORÉMUS.

Quaésumus, Dómine pro tua pietáte miserére ánimae fámulae tuae N...... et a contágiis mortalitátis exútam, in aetérnae salvatiónis partem restítue. Per Dóminum, etc.

℣. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

Hora del Smo. Rosario

PARA

EL PRIMER DOMINGO DE CADA MES.

Abrid, Señor, nuestros labios, etc.

℣. Deus, in adiutórium meum inténde.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festína.

℣. Glória Patri, etc.

℟. Sicut erat in princípio, etc.

En cada misterio se reza un Padre nuestro, diez Ave Marías